UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

qui chriſtus eſt ꝑuenire vale-
amus. Qui tecũ. Ad matut.
Inuit. Adoreꝰ virginum rex
in ſeculoꝝ ſecula. Virgini qui
katherine cõtulit celeſtia. ps.
Venite exultemus. In p̄mo
noct. añ. Virgo regalis fidi
merito ſpecialis vt iubar i te-
nebris mundo katherina re-
fulſit. ps. Dñe dñs nr̃. Aña
Hec dñm celi complectẽs mẽ-
te fideli reſpuit errorem mũdi
labẽtis amorem. ps. Celi e-
narrãt. añ. Membra redem-
ptoris fidei maxentius hoſtiſ
inuidus cedebat gladius per
cuncta furebat. ps. Dñi ẽ ter
ra. ℣. Specie tua et pulchri-
tudine tua intende proſpe ꝓ-
cede et regna. Lectõ prima

Beatiſſima virgo kathe
rina coſti regis filia li-
beralib9 ſtudijs erudita cũ eẽt
annoꝝ decem et octo in pala-
tio diuitijs et pueris pleno ſo
la ꝑmanebat. Hec cũ audiſſz
maxentium imperatorem i ale-
xandria ad ydolorum ſacrifi-
cia vniuerſã populi multitudi
nem conuocaſſe multoſqꝫ chri
ſtianos metu mortiſ ad ſacri
ficandum compelli ſigno cru
cis ſe muniens tyrannũ adijt
⁊ vanam eius ſupſticionẽ pru
denti eloquio cõfutauit. Tu.
℟. Scã virgo katherina coſti
regis filia Sũmo patri ðo di
gna mundi ſpreuit gaudia. ℣.
Tam diuinis qꝫ humanis e-
rudita ſtudijs. Sũmo. Le. ij.

Imperator admirans nimium
puelle pulchritudinem eloqn̄-
tiam ſimul et prudentiam qn
quaginta oratores mortales
omẽs in mundana ſapientia
excellentes de diuerſis proui-
cijs adduci mandauit: quib9
munera plurima ſi hanc virgi
nẽ vincerent repromiſit. Qd
cum virgo didicerat ⁊ ſe totã
dño cõmendauerat angelꝰ do
mini aſtitit. ad cõſtantiã hor-
tatur. eiqꝫ datam a domio vi
ctoriam nunciauit. ℟. Co-
git ceſar chriſti ſeruos libare
demonijs. Sed tiranni virgo
iuſſa voce damnat libera. ℣.
Seuit hoſtis innocentes peri
mens atrociter. Sed. Le. iij.

Cum igitur virgo cum ora-
toribus ſapientiſſime diſpu-
taret eoſqꝫ apertis rationibus
confutaret imperatori nimio
furore repleto vnus oratorum
ceteris peritior ait. Noueris
imperator ꝙ hec puella i qua
ſpiritus dei loquitur ſic nos i
ammirationem conuertit: vt
contra chriſtum ad quem om
nes conuertimur aliqd dicere
formidamus pariť ⁊ neſcimꝰ
Ad hec tyrãnus nimio furore
ſucceſꝰ oms i ciuitatis medio
cremari iuſſit. Illi aũt in fide
inſtructi ac ſãguie ꝓprio bap-
tiſati aïas deo reddiderunt.

veſtimentis ac capillis ab ig-
ne penitus illeſis. Tu aūt. ℟.
Virgo prudens et electa dei
ſapientia. Oratoruȝ argumē-
ta vicit ac verſucias. ℣. Ab
angelo confortata plena dei
gratia. Ora. Glia. Ora. In
eccleſia maguntinenſi tertiuȝ
℟. de ſancta Katherina Hec
quinquagenos oratores ſupe-
ratos dirigit ad celos aurum
velut igne probatos. ℣. Effi-
ciens teſtes fidei quos ptulit
hoſtes. Dirigit. In ſecundo
nocturno aā. Ceſaris intrepi-
de ſtudijs preclara ſophie ar-
guit errorem maleſanū virgo
furorē. ps. Eructa. aña. Nō
cedens monitis mactaē ver-
bere mitis. carcere damnatur
nec virgo ſic ſupatur. ps. De-
us noſter refugium. aña. Ce-
ſar vt inuictam penitus vidit
Katherinā vt leo crudel' iubet
hanc diſcerpe penis. ps. Fun-
damenta. ℣. Diffuſa eſt gra-
tia in labijs tuis. Lcō quarta
Poſt multa vero blandimē-
ta iuſſit tirannus virginē ſcor-
pionib9 ceſam in obſcurū car-
cerem tradi. ibiqꝫ duodecim
diebus fame cruciari. In quo
reginam et porphyrium mili-
tem cum ducentis chriſto ac-
quiſiuit. qui oīes cum regina
euulſis prius eius mammilliſ
poſtmodum decollati coronā
martyrij ſuſceperunt. Tu aūt.

℟. Spōſa chriſti gl'ioſa gau-
det inter ꝓbera nulla mouent
hancqꝫ promiſſa nec terrent ſup-
plicia. ℣. Charitate vulnera-
ta tendit ad celeſtia. Nulla.
Beatā vero Katheri- Lc. v
nā tandē de carcere eductam:
ſic tyrannus alloquiē. Ex du-
obus vnum tibi elige: aut ſa-
crifica vt viuas. aut exquiſita
tormēta ſubi vt pereas. Que
cum ſponte tormentis ſe ob-
tuliſſet horribilis quattuor ro-
tarum machina contrario or-
dine voluenda dilacerandis
membris virgineis preparaē
quam angelus tanto impetu
diuellendo concuſſit q͛ quat-
tuor milia gentilium intere-
mit. Tu aūt. ℟. Chriſt9 ſā-
ctam tenebroſo recluſaȝ erga-
ſtulo. Miro ſatis atqꝫ blādo
confortat eloquio. ℣. Salue
virgo benedicta quam chriſti
preſentia Miro. Lectō ſexta
Poſt hec beata katherīa ite-
rum tirāno preſentatur ⁊ cun-
ctas promiſſiones eius ⁊ blā-
dimenta contemnens decolla-
ri iubetur. Que cum poſt ora-
tionē decollareē d eius corpe
lac ꝑ ſanguie emanauit Ange-
li aūt corpus accipientes ab
illo loco ad montem ſynai iti-
nere plus q͛ꝫ dierū viginti di-
ſtantē deduxerūt ⁊ honorifice
ſepelierunt. Ex cuius oſſibus
indeſinēter oleū manat. quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN